

**Immortalitati. Viri. Nobilissimi, Excellentissimi. Et Consultissimi Dn. Henrici
Rahnen. Antecessoris. Senioris Celeberrimi. Consistorii. Ducalis. Assessoris.
Gravissimi. Viri. Undiquaque. Spectatissimi. Intempestiva. Quidem. Sed. Placida.
Et. Beata. Morte. : E. Mortalitate. Erepti Haec. Qualiacunque. Statuunt Tropaea.
Moestissimi. Convictores.**

Rostochii: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776799045>

Druck Freier  Zugang




Mauritius, C.

auf

H. Rahne.

Rostock, 1662. /a

10. 1. 2.





IMMORTALITATI.

VIRI.

MI. EXCELLENTISSIMI. ET
CONSULTISSIMI

DN HENRICI
RAHNEN.

ANTECESSORIS. SENIORIS.
CELEBERRIMI. CONSISTORII. DUCALIS.
ASSESSORIS. GRAVISSIMI.

*VIRI. UNDIQUAQUE. SPECTA-
TISSIMI.*

INTEMPESTIVA. QUIDEM. SED.
PLACIDA. ET. BEATA. MORTE.

E. MORTALITATE. EREPTI

HÆC. QUALIACUNQUE. STATUUNT
TROPÆA.

MOESTISSIMI. CONVICTORES.

ROSTOCHII,

Literis JOHANNIS KILII, Anno M DC LXII.



Sirgend Frömmigkeit / Aufrichtigkeit und Treu'
Annoch zu finden war in diesem Welt-Gebäu /
War sie / O werther Rahn / bey ihme eingekehret /
Wie die Erfahrung mich zur gnüge hat gelehret.

Wer wolte denn nicht seyn umb seinen Todt betrübt?
Wie sehr er vormals ward von ieder mann geliebt /
So trefflich höret man izt überall betauern
Sein so geschwindes End. Doch wozu dient das
Trauren?

Er ist aus vieler Angst an jenen Ort versetzt /
Wo nun und nimmermehr kein Auge wird geneht:
Er ist izt vor uns hin aus dieser Welt genommen:
Wir werden folgen nach / wann unsre Zeit gekommen.

Christian Kortholt /
der H Schrift Dcus.



ERgone sacra*t*i juris moderator *S* equi
Rhanus occubuit; cui dives copia fandi,
Cui virtus pretium ipsa fuit sine dote peti*t*um?
Hinc procul hinc blandi gemalia gaudia plausus

Ite,

*Ite, dolor subeat, terna quia funere in uno
Expirant Charites, & nostra gratia vita.
Quo nunc immaturus abis? te nostra requirunt
Nunc desideria excelso novus hospes Olympo
Succedens inter superas nova gaudia turmas
Cum celebrans nostri linqvis tentoria mundi.
Non fletu invideo, at grator, cum funere vivas,
Cui natus fueras, sic tandem sine potitus.*

M. Wilhelmus Verporten.



EPITAPHIUM.

Conditur hic Magnus tantillâ RHANIUS urnâ,
Varniaca quondam Gloria summa Scholæ.
Cæsareas leges docuit, Themidosq; recessus
Explicuit mirâ dexteritate satis.
Illum Justitiæ merces, quam ritè professus
Annos complures cælicâ in arce manet.
Corpus habet Tellus, animam sibi servat Olympus,
In terris volitat fama per ora Virûm.
Justitia, Integritas, Candor, Germana Fidesq;
Cum RHANIO simul hic Vab! tumultata jacent.

hoc lugens posuit

Johannes Schröder, P.M.
EPI-

Kein Falsch-seyn war bey dir / kein Hoffart / keine List /
Das leider numehr schon für Jugend worden ist:
Und warest du gleich hoch an Stande und Verstandes
So war die Demuht doch gegeben dir zu Pfande.
Iht können wir nicht mehr / als das wir deinen Preis /
Der ewig / führen hin biß an den Sternen Kreis.

Mit grosser Betrübniß sahste
dih wenige

Daniel Köper.

✠ ✠: ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠: ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠: ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠ ✠

Hucne etiam vivi pervenimus; ut tua, RHANI,
Mæsta videremus non siccò funera vultu!
Hucne etiam vivi pervenimus; ut tua Virtus
Tam subito à nobis superas remearet ad arces!
Siccine diuini consors mens ent hea secli,
Nunc fastiditam maturas claudere vitam
Morte nec indiçta, cunctos post fata relinquens
Squalentes, tecumq; una nunc morte peremptos?
Quid primum mediumve feram, postrema querentes
Quæ teneat me meta? jacent in carmine vires
Defectæ, frustra q; nimis torpentia pulso
Plectra, gravesq; modos, quando Parnassia sistunt
Flumina, nec letos instillat Cyrrha liquores:
Diriguere manus nullo rectore, retorti
Caligant oculi, pullas in monte Camænas,
Justitia & toto cernentes tristia Pindo.

Per-

Percussusq; malis pectus se spiritus intra
Abdit, & exsuccas lassant conamina venas:
Ter calamum admovi, ter & exarmata repente
Dextra fuit, vir magne, tuas cum dicere dotes
Tentarem, & laudes victuræ inscribere chartæ,
Fallimur? an tecum nobis dilecta Poesis
Rapta fuit terrasq; simul Themis alma reliquit,
Cum morens cum moreris nostri Phoenix clarissimus ævi,
Cui faciles numeri cui dulcia metra fluebant,
Mæonis deducta modis, & pectine leni;
Quod si aliis tua nunc facundia mortua fibris
Exsurgat rediviva, tuæ præconia fama
Nesciet haud Eos, & Parrhasis ur̄sa sonabit.
Ne tamen interea tibi iusta ingrator hospes
Exsolvam non iusta, mei monumenta doloris
Et tibi; pono tuo simul hæc monumenta decori.

Hic jacet extinctus legum jurisque sacerdos
Rhanius, atque uno tumulata Astræa sepulchro:
Quem peragrans juvenis lustravit lumine quondam,
Nunc implet magnum celebrato nomine mundum:
Mortuus est, qualis vixit: mors nil nisi lenis
Somnus, & exoptata quies, & vita novata:
Vita exacta fuit, simplex constantia, candor,
Virtus, & nullo temerata modestia fuce;
Hos secum à mundo comites super astra reduxit.

Fecit quod potuit & quod debuit

Hospiti desideratissimo

ADAMUS TRIBBECHO.

RHA-

RHANIUS Heu! vixit, præclara Coronâ Roseti,
Dictator summus, Justitiæque decus.
Vixit, ut æternum vivat post funera nomen,
Atque illum maneat gloria læta Poli.

f.
Christian Ulric. von Wackerbart/
Eq. Holfatus.

Nunc iterum terris clementior aura Favoni
Spirat; odoriferi tempora veris eunt,
Purior auratas Titan moderatur habenas,
Purior in roseo est nuncia lucis equo,
Arboribus redeuntq; comæ, qua surgat in auras,
Fertilis occultas invenit herba vias:
Mollia puniceos pingunt violaria campos,
Lætâq; blandisono gutture vernat avis.
Omnia nunc rident: aer, mare, sidera, tellus,
Quicquid & immenso Phæbus in orbe videt.
At blandi non ulla juvant me gaudia veris,
Me tristis luctus, me gravis urit hiems:
Dum nos deseruit, exoptatissimus Hospes,
Ille mihi & cunctis occidit ille bonis,
Occidit, ut verno marcent vaccinia campo,
Occidit infesta ceu rosa carpta manu.
Eheu quis rapidos immisit floribus Austros!
Si perit rosa; quæ grata roseta sient?

At

*At cesso, Defuncte, udis urgere querelis,
Quæ sunt dura mihi, fata, benigna tibi.*

Fecit Affini desideratissimo

ANTONIUS HINRICUS Gloxin.

I.

Cuique suum tribuens non læsit, vixit honestè
RHANIUS, huic merito vita beata datur.

II.

Was sol ich/seelger Mann/ zu deinem Tode sagen?
Du wurdest vom Tisch ins Bett/ vom Bett ins Sarcf ge-
tragen.

In gar zu kurzer Zeit. Wir seyn fast mit dir todt
Vnd essen/ ohne dich/ iht lauter Thränen Brodt.

Johann Otto von Raben/
Eq. Meckl.

I.

Aureus Astrææ SolRHANIUS interit, ast mox
In coelis iterum conspiciendus erit.

II.

So schleunig ausgelebt! So unverhofft verschieden!
So sagt ein ieder mir! Ach gebt euch doch zu frieden!
Wir leben in der Welt/ als die im Gast-Haus seyn.
Der eine ziehet aus/ der ander wieder ein/
Kein Pülarim säumet hie/ umb Zeit und Kost zu sparen.
Wer will zu Susse gehn / der auß der Post kan fahren?

Christoff Hans von Dannenberg/
Eq. Lun.

❁ (O) ❁

Pichas



RHANIUS Heu! vixit, præ
Dictator summus, Justit
Vixit, ut æternum vivat po
Atque illum maneat gl

Christian Ulric
Eq. Ho

Nunc iterum terris clementia
Spirat; odoriferi tempor
Purior auratas Titan mod
Purior in roseo est nuncia
Arboribus redeuntq; comæ, qua
Fertilis occultas invenit her
Mollia puniceos pingunt violaria
Lataq; blandis sono gutture
Omnia nunc rident: aer, mare, s
Quicquid & immenso Pha
At blandi non ulla juvant me ga
Me tristis luctus, me grav
Dum nos deseruit, exoptatis sm
Ille mihi & cunctis occidit
Occidit, ut verno marcent vaccin
Occidit infesta ceu rosa car
Eheu quis rapidos immisit florib
Si perit rosa; quæ grata r

ona Roseri,
cus.
nomen,
oli.

Sacerbare!

poni

nas,

ras,

s.

videt.

s:

At

